

licet, ut quando iam est finis & terminus secundus, pos-
natur de ipso aliquantulū super ferrum candens, si fluat
sicut cera, & non faciat fumum, nec strepitum, sed cur-
rat per omnia, & tingat laminam ferream, vel æream,
vel argenteā & figat sc̄ cum illis, & non timeat ignem,
nec per ignē minuatur, nec à metallis separetur vñquā,
tunc perfectum est: & hęc est vera probatio super om-
nes probationes. Si autem hęc signa non fecerit, reduc
ad ignē donec ita fuerit: & hęc probationes omnes fieri
debent inter primā & secundā solutionem & conge-
lationem. Et post hoc sciendum est de eis quæ coniun-
guntur cum mortuo, & istæ cōiunctiones & color Saf-
feranicus ferri evidenti, & color vitrioli, & flos æris,
quod est venenū Mercurij, & calx salis, & aqua Mercu-
rij laborata vt nō fugiat ab igne, & est aqua viua & per-
manens, & est spiritus rectificatiuus & sal antiquus ar-
moniacus, & hęc omnia sint quælibet per se soluta in
aquam. Et post hęc omnia misce & ad ignem lendum
congela, & factum est ita corpus viuum. Et hoc corpus
postea resolutum est in aquam, & sic fit commixtio.

Omnes Philosophi Persæ congregati fuerunt in vno
loco in montaneis partibus & erat locus secretus odo-
riferus, & inter illos multi multis modis dixerunt: ex-
tineturis quæ tingunt metalla, & mutant in Solem altū
& preciosum: & ille modus tinetur qui est preciosior
in superficie omnium tineturarum, hic est qui manife-
status est inter eos per diuinam gratiam, scilicet quod
duæ particulæ comprehendant totum opus Alchimiaæ,
& prima particula sufficit in pondus mollicitas. Secun-
da multiplicat primam in alijs milie millibus ponde-
rum in Solem preciosum per gratiam Dei. Hoc autem
ita fit, vt cùm artificiosa canna ferrea proieciantur hęc
Alchimia super duram aquam & liquidam in igne, &
est quædam aqua alba, & alia subalba & mollis, & citè
diffunditur ab igne, & currit, & filia est rubra & dura,
& oleum tineturarum, de quo nos dicimus sic est, & pe-
netrat omnes istas aquas, subintrando facit vnam ami-
citiam cum illis, & vnitatem citrinatam, ab igne non
separatur nec minuitur in æternum. Præterea remi-
niscamini quod superius dictū est, scilicet quod primus ter-